104

magna milicia illa christianorum, que amplius quam
ad sexaginta milia estimabatur, dissipata fuit.
Tunc temporis Lodewicus lantgravius conductus
fuerat a parentibus, fratribus, uxore etc. versus
Smalkaldiam. Tunc dixit ultimo Heinrico fratri
suo, dispositis omnibus: 'Castrum Eckersbergk,
quod in preiudicium adiacentis cenobii Reyn-
hardisborn constructum pater meus dimi-
serat, non destruxi. Rogo ergo te, frater dul-
cissime, ut hoc post recessum meum evertere
funditus non obmittas.' Post hec omnibus qui
aderant vale faciens, cum merore commitibus fra-
tribus suis natos cum uxore, matremque de-
osculans filiali amore, vix eam alloquitur pre
dolore, vir fidelisque inclite coniugi protulit
dicens: 'Soror mea, anulus hic scripturam agni
Dei habens in gemma veritatis mandatorum
meorum iudicium est vitaeque mee et mortis
infallibile argumentum. Benedicat te, soror
karissima, Dominus, et benedicatur fructus
ventris tui.' In festo sancti Johannis baptiste
cum multo comitatu exiens de oppido suo scilicet
Smalkaldiam. Et isti fuerunt in familia sua
computati: Comes Lodewicus de Wartpergk, comes Burckhardus de Brandinburgk, comes
Meynhardus de Molburgk, comes Heinricus
de Stolbergk. Quatuor isti comites cum eo fu-
erant. Item de militibus: Dominus Rudolffus
pincerna de Varila, dominus Heinricus marschal-
cus de Ebirsburgk, dominus Hermannus dapifer
de Schlatheym, dominus Fredericus de Trifordia,
dominus Heinricus camerarius de Vanre. Item
de nobilibus: Ludolffus de Berlstete, Rudolffus
de Bultzingisleben, Gerhardus de Elride, Theodericus
de Sebach, Siffridus Ruffus, Lodewicus et Ru-
dolffus fratres de Hassia, Heinricus de Mey-
deburgk, Reynhardus Gorcus, Bertoldus de Myla,

a/9
fidel/9s
agne
iudicium
quem gestas
suo s. Smalkaldiam
Hermannus de Helderungin, dominus
hermag
Hii sex de militibus.
bultzingisleben
hußin